Universitätsbibliothek Paderborn

Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi (dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris succinctim complectens

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Ad quid necessarij sint patrini in Baptismo & confirmatione. tit. 74

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Visual Library

Secũdò, quòd Deus etiam præter aut circa fidem
etiam externis rebus vult vti, cauſa non eſt alia, n
ſua voluntas: ſic præcepit Moyſi lignum mittere
aquam, vt dulceſceret, Exod. 15. ſed nonnè Deus p
tuiſſet aquã ſanâſſe verbo? Ad quid opus fuit lig
Reſpond. Propheta Heliſæus, 4. Reg 2. ſal mittit
aquas, ad quid inſtruit Angelus Tobiam de ieco
piſcis? &cæt. Tob. 5. ad quid tactus fimbriæ, Mat.
5. Matt. 9. ad quid Apoſtoli vngunt oleo? Mar. ſex
cùm ſit praxis Dei, Chriſti, prophetarum, Apoſtolo
rum, & Chriſtianorum, cur hodiè non creditur D
per hæc media operari? Ad quid aqua Baptiſmi, E
chariſtia, &c. ſi ſola fides ſufficit ad omnia.

Tertiò, quoniam fides noſtra eſt, quòd Chriſt
vicit in cruce Sathanam, peccatum, mortem, Ephe
ſecundo. Per crucem interficiẽs inimicitias &c. C
1. Omnia pacificans &c. Ideò quoties impugnam
à Sathana, cruce nos ſignamus manè & ſerò, eo qu
Sathan ſemel victus in cruce, adhuc timet eum, q
pependit in cruce: ideò quoties nos ſignamus, Chri
ſtum ad memoriam reuocamus: Et ipſa virtus Chri
ſti, non ſignaculũ aut lignum crucis, nos defendit
diem & noctem, &c. Sic ſignati ſigno Thau, ſerua
tur ne occidantur, Ezech. 9. Sic omnia conſignam
ſigno crucis, dũ ſanctificantur ꝑ verbum. Sũma, M
hi abſit gloriari niſi in cruce Chriſti, Gal. 6. Vult D
ſe oſtendere potentem, etiam in omnib. creaturis

AD QVID NECESSARII ſint patrini in Baptiſmo & confirmatione.

TITVLVS LXXIIII.

PRimò notandum, ꝙ Dionyſi cap. 2. E
cleſiaſticę Hierarchię teſtatur, Hũc m
rem fuiſſe in initio Eccleſię, ꝙ quando
aliquis volebat baptizari, tũc elegit
bi v

biuirum prçſtantem Chriſtianũ, & ab hoc petijt. Primò, vt eum reciperet & inſtrueret in fide ac Chriſtianis moribus: ſubindè, qui eũ duceret ad ſacerdotem, & oraret ꝑ eo, pro Baptiſmo, & ſic patrinꝰ fuit teſtis fidei baptizandi, & aduocatus ſeu ſponſor. Sacerdos non puerũ interrogat, ſed patrinum, an credat: & ad profeſſionẽ fidei ꝑ puero, baptizat & confirmat, ſicut Chriſtus confeſſionẽ fidei Chananæç, Mat. 15. inſpexit, & licet filiam non interrogauit, attamen liberauit à dçmonio, eô quòd magna erat fides illius, Sic Mar. 9. Chriſtus non interrogauit filiam obſeſſam, ſed patrem, an crederet &c. Sic Patrinus orat pro baptizando cum cæteris præſentibus, loquitur pro eo, &c. Sic ſanat paralyticum, Matthæi 9.

Secundò, quis me, inquies, certificat, quòd Deus acceptat fidem patrinorum pro me, me tamen neſciẽte? Reſpond. Hæc naturalis ignorantia pueri, non impedit, quia eſt ante rationem. Nam & Ioannes in vtero matris, Lucæ 1. Hier. 1. Et beata virgo, ſanctificantur in vtero antequam nati. Si autem ignorantia illa ex malitia procederet, nihil valeret fides patrinorum. Acceptat igitur Deus fidem alienam, id eſt, Eccleſiæ & patrinorum, & dat propriam, ideò efficax fit Sacramentum.

Sunt prætereà patrini teſtes coram Deo & Eccleſia fidei baptizati, quos etiam admonere tenentur, eò quòd ſunt fideiuſſores eorum, quatenus viuant Catholicè & ſatisfaciant Chriſtiano nomini: quòd ſi non fecerint, exigetur ab illis ratio, iuxta illud Matthæi 18. Redde rationem villicationis tuæ, & patrini etiam erunt accuſatores inobedientum in iudicio diuino, ſicut Moyſes Iudæos accuſat, Ioan. quinto Sic patrinus in confirmatione loquitur pro confirmando, & orat Epiſcopum vt confirmetur & cætera. Et quatenus illi Spirituſſanctus detur in robur, vt ſatisfaciat promiſſioni.

Tertiò

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tertiò inquies: Patrinus dùm dicit in Baptiſm
pro puero, Credo, abrenuncio, ſi loquitur pro ſua
propria perſona, tunc hoc non prodeſt puero, ſi a
tem pro pueri perſona, tunc nihil eſt, quia puer n
habet fidem. Reſpond. Quid profuit fides viduæ
lio mortuo Lucæ 7 nonnè reſurgit à morte, etian
mortuus non habuit fidem? ſed fide matris iuuatu
ideò inquit Auguſtinus, loquens in perſona pu
Et orans impetrat fidem, quam Deus infundit, e
nondùm habet exercitium fidei, ſicut dormiens
iam habet fidem, habet tamen in Sacramento fide
dem, id eſt, parati ſunt ad accipiendam fidem, qu
in exercitio & voluntate. Eſt ſic pueri baptizati hab
Sacramentum fidei, id eſt, parati ſunt recipere illa
actualem fidem.

AD QVID AQVA ET SAL
conſecrantur in Eccleſia.

TITVLVS LXXV.

PRimò notandũ, quòd huiuſmodi Sacra
mentalibus, non vtimur in eum finem
vt ſua naturali dignitate nos iuſtific
& ſaluent, ſed ideò quatenùs noſc
cunt, & oſtendunt aliquid aliud, ſic
ſtella Magos duxit ad Chriſtũ Mat. 2. Sic aqua, ad Ba
ptiſmum ſuſceptum cogitare dat occaſionem: ſi
voti emiſſi in Baptiſmo, ne putreſcamus in ſterco
bus Sathanę, id eſt, peccatis. Et hæc cogitatio, qua
nus ſuſpiramus pro gratia & remiſſione in vſu aqu
& ſalis, quatenus fidem eleuamus in Deum. Hæc m
tio cordis impetrat gratiam & miſericordiam à De
non virtus aquę vel ſalis: & hic eſt potiſſimus finis
Eccleſia ſalis vel aquę, & vſus illarum. Sic inſpect
crucifixi facit recordari paſſionis Chriſti, prouoca
deſiderium, quatenus nos Chriſtus iuſtificet, & v

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN